Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Ut auferas
te iuste iudex ordinum. Ut auferas
praecula sordesque mentis abluas donec
quae ipse gaudium ut arceant animae. Mens
ceae torpet impia quae culpa moriet no
cria abluens gelat tolle te redemptor quae
rere. Repelle tu caligine tenebras quae
marime ut in bono gaudeat se collocari lu
mine. Deo patri. A. Dne ds in adiuto
rium

Salvum me fac ds
quoniam intraverunt aq
usque ad animam
meam. Infixus
sum in limo profundi
et non est sta. Venit
in altitudinem ma
ris et tempestas
demersit me. Laboravi clamans
raucae factae sunt fauces meae: defecerunt
oculi mei dum spero in dm vnum.
Multiplicati sunt super capillos
capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persequuntur me
inimici mei iniuste: quae non rapui
tunc exsolvebam. Deus tu scis
insipientiam meam: et delicta mea a
te non sunt abscondita. Non erubescant
in me qui exspectant te dne dne
dne virtutum. Confundantur super
me: qui quaerunt te ds israel. Quoniam
propter te sustinui opprobrium: operuit con
fusio faciem meam. Extraneus fa
ctus sum fratribus meis: et peregrinus filiis
matris meae. Quoniam zelus domus tuae
comedit me: et opprobria exprobran
tium tibi ceciderunt super me. Et operui
in ieiunio animam meam: et factum
est in opprobrium mihi. Et posui
vestimentum meum cilicium: et factus sum
illis in parabolam. Adversum me loque
bantur qui sedebant in porta: et in me
psallebant qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meam ad te
dne: tempus beneplacitum ds. In
multitudine misericordiae tuae exaudi me:
in veritate salutis tuae. Eripe me
de limo ut non infigar: libera me
ab his qui me oderunt et de profundis
aquarum. Non me demergat tempes
tas aquae: neque absorbeat me pro
fundum: neque urgeat super me pu
teus os suum. Exaudi me dne quo
niam benigna est misericordia tua: secun
dum multitudinem miserationum tuarum
respice in me. Et ne avertas faciem
tuam a puero tuo: quoniam tribulor
velociter exaudi me. Intende ani
mae meae et libera eam: propter inimicos
meos eripe me. Tu scis imprope
rium meum et confusionem meam et verecun
diam meam. In conspectu tuo sunt
omnes qui tribulant me: imprope
rium exspectavit cor meum et miseriam.
Et sustinui qui simul contrista
retur et non fuit: et qui consolaretur
et non inveni. Et dederunt in escam
meam fel: et in sitim meam potaverunt
me aceto. Fiat mensa eorum co
ram ipsis in laqueum: et in retributiones et
in scandalum. Obscurentur oculi
eorum ne videant: et dorsum eorum semper
incurva. Effunde super eos iram
tuam: et furor iracundiae tuae comprehendat
eos. Fiat habitatio eorum deserta: et
in tabernaculis eorum non sit qui in
habitet. Quoniam quem tu percussisti per
secuti sunt: et super dolorem vulnerum
meorum addiderunt. Apponite iniqui
tatem super iniquitatem eorum: ut
non intrent in iustitia tua. Deleantur de libro viventium: et cum
iustis non scribantur. Ego sum
pauper et dolens: salus tua ds suscepit